

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Johann Alhard Horstmann.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 15.03.1724

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-9701

Vir maxime revorende,

29

Itas ex arce Rheingraffienfi in Dhaun
die primo Februario a.c. ad me datas
ego die isto Februario recte accepi. Ab
eo tempore nihil omisi, quod ad nego-
tium abs te mihi injunctum recte
curandum et efficiendum pertineret.
Verum Laubersheimerus ipse solus
in culpa fuit, ut res nunc demum
perfici potuerit. Tam dissolutissi-
mum juvenis ille non tantum
Jena, sed etiam hic fuit moribus,
ut, saepius licet a me Collegisq. ordinis
Theologici citatus, hesterno tandem
die sese stiterit confessori nostro, id
quod vix etiam fecisset, nisi adhor-
tationibus privatis, iisq. repetitis,

eum

cum antea in ordinem redigere
studuissim. Iam vero a singulis
nobis graviter, simulq; paternae et
humanissime admonitus non
modo culpam omnem falsus est,
sed etiam spem nobis fecit haud
mediocrem fore, ut non tantum
ad bonam frugem redeat, sed ut e-
tiam si emendationem vitae com-
militonibus aliquamdiu com-
probaverit, inferuire ex voto
suo, quod se fovere contestatus est,
institutis meis ad educandam aeta-
tem puerilem possit. Quantum
igitur in nobis est, nos quidem
ei opitulabimur. Hoc, vir
maxime reverende, quapro cum
offi-

officiosissima salute meis verbis
parenti hujus Juvenis deculares,
cumq[ue] simul roges, ut si saluum
velit filium, quamprimum fieri
potest, non modo debita ejus sol-
vat, sed mittat etiam, quæ ad neces-
sariam vitæ sustentationem per-
tinere ipse litteris, quas hisce
meis inseruit, ex vero significavit.
Necesse autem erit, ut argentum
minime ad ipsum, sed potius
ad Doctorem Michaëlis, Pro-Recto-
rem, aut ad me mittat, quo cavere
possimus, ne accepto hoc argento cre-
ditores, qui victum et alia necessa-
ria ei præbuerunt, fraudentur et
juvenis ille denuo corrumpatur.
Ceterum paterne ei condonanda
sunt omnia, quæ adhuc admisit,
et

et in lucro deputandum est, si post
tot errores vel tandem animam ejus
lucremur. Tibi, Vir maxime reverende,
gratulor, quod filios habeas, qui Lau-
bersheimero optimum quod imitari
possit, exemplum præbent. Vale

Tuo maxime rever. nomini
Hale, d 15 Mart. 1724.

addictissimus
Augustus Hermānus Franck
P.S. Vidua, quæ vitum Laubersheimero præ-
buit, ei, credidit, fidem ego pro illo, qui
ad a me expetit, dedi, futurum ut
quam primum literæ meæ ad vos perfer-
rentur, quæ ipsa credidisset, solverentur;
rogo igitur cures ut fides mea quam
ocius liberetur. Qui in literis.

Viro maxime Reverendo
Johanni Alhardo Horstmanno, Con-
cionatori studioso Schaunensi meritissimo
pateant in arc. Rheingraffiensi
in
Schaun.